



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de  
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Si duo continue iunguntur fixa necuna Sires in patrio recte casu dabis  
vnum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)



Ioannis Despauterij Niniuite.

dubiū quin uxorē nolit filius ridiculū ineptiæ, fabulæ, aping, trichæ, nuggæ, non siqd turbida roma Eleuet accedas &c. sed quid opus plura. Et alia id genus multa, de his als. Nūc ad reliqua, pulchra qdem sed nihil ad nostrā hāc, quid ad me, quid mea. Cui Iesus, præclarū dicitur Ciceronis qui & Tullius, modo p dūmodo. Ouidi. Gnosia fecisses inopē sapiēter amasset, subaudi si, uerū id usu rarius uenit. Plinius. Dedisses huic animo par corpus. i. si dedisses. Hora. i arte. Quintilio. si quid recitares corrige sodes. Hoc aiebat & hoc, melius te posse negares &c. i. si negares. Hęc si quis rite imitabit nō dubiū quin oratus plurimū cuius orōni afferent, qd modo subijciā. Cice, p Sex. Roscio. Credo uos iudices mirari, ueluti quid sit quū tot sūmi oratores uiriq; nobilissimi sedeāt, ego potissimū surrexissem, non dixit (ut rustici loquerētur) credo uos mirari q ego & cetera, esset enim idiotissimos. ut Plini. ait. Iuno uirgiliana. Me ne iccepto desistere uictā me ne subaudi oportet, aut decet, aut uerū &c. Plin. Iunior ad Adrias nū. hoīem ne romanū tam græce loqui. Cice. ad Terentiā uxorē. Me miserū in tantas calamitates mea culpa incidisse, subaudi heu uel o me miserū oportuit ne incidisse. Audiui te affuisse, ut ceteros in plio subaudi ut ceteros audiui &c. Audiui te affuisse i plio, ut ceteri subaudi affuerūt, uel forte etiā ut audiuerūt ceteri. Alia id gen<sup>o</sup> ubi uerbum substantiuū uel aliud quidpiā intelligit, sunt quidē plurima de quibus certa regula dari nō pōt. Iratis cōuenit aposiopisis. i. reticētia et cōfusa locutio. Phedria terētianus. Ego ne illā, quæ me, quæ illū, quæ non &c. Neptunus Virgilianus de uētis. Quos ego, subaudi puniā acerrime. inde ait. sed præstat &c. Ntūs aliquādo ne implicite quidem regit, aut regit primo causa relationis, ut diximus. Psalmographus. disciplina tua ipsa me docebit. aliquādo p ablatiuo ponit, ut cuius humilitatē dñs respiciēs, uirgo cōcepit, pro dño respiciētē, qd non imitabimur etiā si docti sic fuerint aliqñ loquuti. Mira imo nō sine risu legenda, sompniauerunt indoctissimi literatores de ista oratione, in cōuertēdo dñs captiuitatē sion &c. de qua in regimine accusatiui, ubi de gerundijs agemus.

Regimen genitiui, REGVLA. I.

**S**I duo continue iunguntur fixa nec una  
Si res in patrio recte casu dabis vnum.

Omne substantiuū regit alterū substantiuū in genitiuo si ipsa pro diuersis accipiatur, uel habeant se ut p diuersis accepta continuo neq; explicite, neq; implicite coniunctione intercedenti, ut instar montis, id est ad equiparationē melius q; ad similitudinē teste Valla. Quidā



non indocti dixerunt ad instar, nos prepositionem elegantius omittimus, testibus Seruio & Valla. Virgi. Instar montis equum diuina paladis arte edificat, ne dixeris ergo, Petrus bibit instar uacce, sed in modum uel in morem uacce &c. dixi substantiuum quia adiectiuum saepe alium casum regit, nisi fiat substantiuum, ut summa summarum, apud Plinium summum domus. Item scire Petri, quia fungitur officio substantiuum, quod est scientia. Dixi pro diuersis, alioqui stare in eodem casu per appositionem, ut ex urbe Messana, ex urbe mediolano melius, quam ex Medioloano &c. continens Gallia, insula Britannia &c. De hac re lepidissime Valla in Raudensem. Dixi uel ut diuersis accepta, quia saepe uere capiuntur pro eodem, ut uirtus dei, nihil enim est in deo quod uirtus dici posset quod non sit ipse deus, sic secundum philosophos, qui nominales uocantur, pro eodem accipiuntur substantiua hic, paternitas Pauli, figura ligni, motus caeli, quantitas panni &c. quia tamen habent se ut abstractum & concretum (ut ipsi loquuntur) quae saepe per diuersis accipiunt, ideo retinent constructionem eorum quae pro diuersis sumuntur, nemo enim sic loquitur, uirtus deus &c. Item aliquid Petri, id est de petro, non pro eodem accipitur, qui aliquid partem dicit, Petrus totum, ideo quid rei, pro quod res dicimus, non quid res, licet pro eadem re accipi possunt. Quum autem loquendum esset per haec adiectiua praesertim in numero & actio quibus, quae, quod & horum composita multum tantum. & hic, haec, hoc, interdum iste, ista, istud, ille, illa, illud, is, ea, id, & plura iam declaranda, optimum fuerit, ut Augustinus in elegantibus docuit, adiectiuum tale in substantiuum mutare quid aliquid &c. Multum plus plurimum, hoc, illud, istud, & quod substantiuum adiectiuum fuerat in genitio locare, ipsius seruato numero, Terentius. Ne ille scit hoc paululum lucrum quantum damus apporet. Idem. Quid hominis est, Plautus, neque habet plus sapientiae quam lapis. Cice. Habeo minus uirum quam uestrum uteruis. Iuuenius. Quantum quisque sua numerum possidet arca Tantum habet & fidei. Tullius. Tibi autem idem consilio. Terentius. Domine boni, boni quid porto, Plautus. Caue mihi mendaciam quicquam. Salu. Nec pensi quicquam habebant. Ouidiana Helena ad Parisdem. Non tibi plus cordis, sed magis oris erat, sic multum uini, quod uxoris, sed contemptum orationes haec pariunt si res ipse partitionem aspernentur, ut nescio quid hominis sis, quasi non plane sis homo, sed hominis particula, tantulum laboris, plus dabis, minus rixae inuidiamque ornatum sunt locutiones. Plautus in Asina. Nec enim puduit id aetatis sycophantiam frueri, id aetatis pro ea aetate posuit. Idem in Amphitruone. Quis hic est homo quem ante edis uideo, hoc noctis: non placet. Idem hoc noctis solus ambulat. Idem. quid isthuc noui est pro istud frequens est apud comicos, Dixi sine coniunctione media, tunc enim alterum



## Ioannis Despauterij Niniuite.

ab altero non regere, ut molē montiū, regimē est molē & monteis nō est regimē. Vbi notat regula elegantię quā Niger ponit. Si habueris orōnē fixi & mobili, aut in qua, pprietas regit subiectū p duo substantiua, intercedēte cōiunctiōe interim ornatius loqmur (absit semper affectatio, q̄ nihil odiosius ait Fabius) Virgi. Arma uirūq; cano, id est uirū armatū, ut multi dicūt. Idē. Molēq; & mōteis insup altos imposuit. i. molē aliorū montiū. Cauēdū ne ab honestate naturaq; discedamus. i. ab honestate naturę, aut naturali rerum, chlamyde & purpura ē indut<sup>9</sup>. i. chlamyde purpurea. Ioānes in manu gestat anulum, aurūq; i. anulū aureū, iuuenū mores & honestatē probo. i. honestos mores iuuenū. Ser. dicit esse figurā metri cā. Virgi. Pateris libamus & auro. i. pateris aureis, dixi explicite uel implicite propter Alyntheton. Terē. Dū etas, metus, magister phibebāt. Potes addere uersum. Hęc interpones substantiū bñ uerbū. Inter hęc ponēs bene uerbū substantiū, ut liber est Ioānis, & etiā habēt uim uerbi substantiui, alij dicūt uerbū ipsum tunc gtm regere, alij a noīe, sed intercedēte uerbo. dic ut uis, quia parū cōfert ad hęc rē quā diligēter q̄rimus.

Ex qua uī dictio aliqua regatur.

Quærenti vires sit pro ratione voluntas  
Asiduusq; usus magnorum grāmaticorū.

Alexadrini & qui ante Alexandrū fuerūt (ut opinor) plurimī a doctissimis illis oratoribus poetis, historicisq; ad barbariē deficiētes, ceperunt optima omittētes cōuertī ad nugas magno docētes nihil scire. Fuerūt itaq; hi plurimū impediti circa regiminū uires, neq; sufficiebat dicere liber Petri est latina, quia sunt duo diuersa p rebus accepta substantiua, ideo alterū debet stare in grō, uidebāt em hoc non sufficere, quia q̄siuissent q̄re nō dicimus Ioānes chimere, Petrus uacca. ut uacca petri, debet em esse certa habitudo dictiōis regētis ad rēctam. Ea autē habitudo est uis regiminis, ut aiūt, sed qcqd est hęc res pniciosa, & puerulis nō tradēda qbus sufficit dicere authores doctissimi uoluerūt, diceremus liber petri &c. q̄a sunt duo substantiua, sed q̄re nō dicimus petrus libri, q̄a certe nullus est sensus, hoc inquā sufficit pueris, ut q̄re pedo nō habet pesi, ut lēdo lesti. Certe nulla rō est nisi authorū uolūtas, ut habeo regit actm cornua, ut habes cornua quō autē habeas an, ut uacca in capite tuo, an ut rē possessam, quia habes uaccā quę cornua habet, ergo & tu, an canis sit pater Ioānis. i. pater quē possidet Ioānes, an q̄ genuit Ioānē, nihil moror. scio hanc esse latinā pater ioānis, quia sunt duo substantiua in aliquo bono sensu &c, sed qm̄ diuersę sunt hui<sup>9</sup> regulę habitudines nō inutiles, p ue